In N S Noverint universi Quod ego Johannes Sa Coma al[ias] Mirapeys p[ro]ut tenens mansum Sacoma vallis et parrochie Sancti Danielis Gerunde Civitatis et dioc[esis] scien[s]
confiteor et recognosco vobis venerabili domine Caterine de Labiano Sacristane Monasterii Sancti Danielis predicti licet absenti in posse
notarii infrascripti me esse et esse debere hominem p[ro]prium ⁊ solidum vestri successorumque vestrorum in dicta sacristia una cum omni prole mea nata ⁊ nascitura
et omnibus bonis meis mobilibus ⁊ immobilibus presentibus ⁊ futuris eo quia sum p[ro]prie tenens dicti mansi Sa Coma ⁊ filius Petri Sa Coma
hominis vestri ⁊ solidi dicte sacristie racione mansi Sa Coma in quo dictus quondam pater meus intravit causa matrimonii et ex quo mansum
habetis et habere debetis homines ⁊ mulieres et alias eorum servitutes Quo circa promitto vobis quod ero vobis ⁊ successoribus vestris in
dicta sacristia bonus fidelis et legalis tam de corpore quam eciam de anima Et non intrabo Castrum villam vel Civitatem aut aliquem
locum privilegiatum causa morandi nec aliquid aliud faciam tractabo vel procurabo p[ro]pter quod vos possetis dominium quod
in me prole et bonis meis habetis ⁊ habere debetis amittere et alius lucrari Immo vos ⁊ vestros successores in dicta sacristia
pro meis veris dominis ubique reclamabo Et pro hiis attendendis ⁊ complendis tenendis ⁊ observandis obligo vobis ⁊ vestris
successoribus in dicta sacristia in posse notarii infrascripti tanquam publice persone hec a me nomine vestro ⁊ aliorum omnium quorum
interest ⁊ intererit in futurum legitime stipulantis ⁊ recipientis me ⁊ omnia bona mea ubique habita ⁊ habenda Et
nichilominus pro hiis attendendis ⁊ complendis presto homagium ore et manibus comendatum iusta usum huius terre
discreto Petro Capmany procuratori vestro nomine vestro illud recipienti Iurans sponte per dominum deum ⁊ eius sancta
quatuor evangelia a me corporaliter tacta predicta omnia ⁊ singula rata grata et firma semper habere tenere ⁊ servare atten-
dere ⁊ complere ⁊ nullatenus contrafacere vel venire iure aliquo causa vel eciam racione Actum est hoc Gerunde
die vicesima quarta mensis Marcii anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo primo Signum Johannis
Sa Coma al[ias] Mirapeys predicti qui hec laudo firmo ⁊ iuro Testes huius rei sunt Johannes Vilar faber Johannes
Simoni Fusterio et Anthonius Puig sabaterii Gerunde

Signum Petri Termani not[arii] publici auctoritate regia substituti a Jacobo de Campolongo quondam publico Civitatis bannileucate vicarie Gerunde sub[ro]g[ato]
[qui] predictis interfui hec scribi feci ⁊ clausi Cum rasis in linea sexta in posse Et in tercia notarii infrascripti me esse ⁊ esse debere hominem
p[ro]prium ⁊ solidum vestri

1431. III. 24

nº 1134

[illegible]

[illegible]

24 Mars 1431

T. 221 X 308

Nro 6 del plec vuité del actes de la sacristia de S. Daniel.

1208